gida incolunt, ſicut ecõtrario timidi, in calida regio-
ne degẽtes, ſcite & eleganter (vt oĩa) docet Ariſto
teles in Problematis enciclijs, ſcribẽs homines in fri

gido ſolo & cęlo viuentes, ſuapte natura intrinſecus Ariſto.
cōcaleſcere, ꝙ frigore exteriori, corpus fiat ſpiſſius, proble
& caro denſior, cuius denſitate calor intus collectus, mata
auget fortitudinem, facitq; ſpūs ferociores, ſicut e di enciclia
uerſo accidit his qui degunt in calida regione. nam
corpora eoꝝ refrigerant̄, vtpote ſoluta & patētia, vn
de calor foras profluere poteſt. Inde fit, vt meridiona
nales timidiores eſſe credant̄, vtpote calore naturali
deſtituti. & econtrario. ſeptentrionales, robuſtiores,
vtpote vi frigoris aſtrictoria conſtipati & cōcaleſcen
tes, Sententię Ariſtotelicę, Galenus maximus medi Galen⁹
corum, aſtipulat̄, ſcribens libro ſecundo cōplexionū
corpora in regione frigida eſſe intrinſecus calidiora,
& inſito calore interiora penetrante feruere, hinc au-
dentiores eſſe & fortiores, cum ecōtrario æthiopum
caliditas inſita foras progrediat̄. Necnon Auicenna Auicen
Galenū ſecutus ſcribit. in locis frigidis degētes, for- na,
tiores eſſe audacięq; maioris. meliuſq; concoquere.
Idem auctor eſt ſeptētrionales populos nō ferme la-
borare morbo comitiali, quē gręco vocabulo vocant Epilep-
Epilepſiam. ꝓpterea ꝙ ſunt vitalibus īterioribus ve- ſia.
geti, & calor ingenitus inſit largus & copioſus. Qđ
ſi aliquādo vlcera innaſcant̄, ociſſime ſaneſcere, pro-
pter corporis robur, & ſanguinis bonitatē. Præterea
ex Stratonis philoſophi decretro, calor & frigus per Antipa
quandā antipariſtaſin, vt iam ſupra docuimus, ſimul riſtaſis.
eſſe non poſſunt. ſed frigidū calido, calidū frigido vi
ciſſim cedunt. Quod vt planius fiat & apertius, exē
plo res eſt inſtruenda. Hiberno temꝑe cum ſuper ter Hieme
ram frigus eſt, calor frigori cędens, in interiora viſce putei ca
ra terrę ſe cōfert. ex quo fit, vt ꝑ hiemē putei caleſcāt lidi.
& hyppogea, hoc eſt domicilia ſubterranea, cellæq;

vinariæ intepeſcăt. Idem ecõtrario vſu venit per tem
pus æſtiuũ, tunc em̃ frigus calori forinſecus domi-
nanti cędens, fugit in abdita, abitq; in partes terrę pe
nitiores, vnde fit vt aqua puteana diebus æſtiuis ſit
frigidior, quia nõ patit̃ vtriuſq; natura, cõcordiã. Cũ
Eſtate frigidi. ergo frigus vigeat ac dominet̃ in regionibus ſepten
trionalibus, calor ab exterioribus expulſus, in interi
ora corpora recondit̃, & ita calidiora efficiũt̃, & ob id
egent largioribus alimentis. Calidi em̃ vẽtres, qđ &
Hipocrates Archiatrus oſtendit, quo melius conco-
quunt, eo plus cibi deſiderant.

i Llud qdem inficiari nõ poſſumus, eſſe eti
am in homibus robuſtiſſimis, & fortitudi
nis muro vallatis, affectionẽ quandã natu
Pauor naturaľ ralem atq; pauorem, vt velint nolint, ad re
pẽtinos fragores, ad ſubitaria pericula, ad
motũ terræ, ad ictum fulminis inhorreſcant, & colo-
re mutẽt̃ atq; palleſcăt. Sicut Ariſtippo illi, Cyrenai-
Exẽplũ de Ari/ſtippo co philoſopho accidit, qui cum olim nauigaret mare
violentũ & vndabundũ, nauigiũq; quo vectabat̃ tur
binibus crebrioribus iactaret̃, cœpit coloris ac vul-
tus turbatõne moueri ac palleſcere, at vbi feruor ille
maris deferbuit, & malacia ac tranquillitas rediјt, ac-
ceſſit Ariſtippũ quidem mollior & delicatior, eodem
p̱iter nauigio vectus, qui q̃ſi illudẽs, qd hoc eſt inqt
o philoſophe, qđ tu in iſto naufragiј p̱iculo timuiſti,
palluiſtiq;, cũ ego neq; timuerĩ neq; palluerim. Tunc
Ariſtippus, nebulonẽ illũ reſponſione elegantiſſima
remuneratus, nõ eandem eſſe cauſam ſibi atq; illi re
ſpondit, qm̃.ſ. is qdem eſſet non magnop̱e ſollicitus
ꝓ anima neqſſimi nebulonis, ip̃m autẽ pro Ariſtippi
anima timere debuiſſe. Hoc exemplo, quo etiam vtit̃

diuus Auguſtin⁹, ſatis liq̃t ꝑturbatiões in hoibus naturales eſſe, nõ volũtarias, & motus q̃ſdam incõſultos, vi q̃dam ingenita inferre ſeſe hoĩbus, Vellẽ quidem eſſemus apathes, & illa tãtopeꝛe a Stoicis celebrata apathia vigeret in nobis, quã noſtri impaſſibilitatem interp̃tanť. Vellẽ in nobis ſpectareť toruitas illa naturę dura et inflexibilis, quã in Diogene & Pirrhone fuiſſe p̃dicant. Sed neſcio quõ mẽs corpuſq; mortaliũ, ad repẽtinos caſus naturaliter inhorreſcit ac torpet, & talis affectus ex hoĩe nulla ſapientia radicitus conuelli põt. Inuiti cõniuemus ad fulgetras, ſenſim paueſcimus ad tonitrua, ſternutamẽtis nõ ſponte cõcutimur. Faceſſat itaq; magniloq̃ntia Stoicoꝝ, q̃ aſſerunt, ſerenitatẽ vultus in hoĩe ſapiente, nulla ægritudine, nullaq; formidine obnubilari. Eſt em̃ talis oratio glorioſior planę q̃ verior. cum & hi, vt diximus, qui habentur cõſtantiſſimi, aduerſus ictus fortunæ fulminãtis expalleſcant, & toto corꝑe intremiſcant. Audi rem atrocẽ & ãnalibus memorandã, quę in vrbe noſtra ob terrificũ terrę tremorẽ nuprime accidit, municipi meo viro alioq probo, & opulento, cui Fulco nomẽ, Argelatoq; cognomẽ, hic cũ ex illo diro ac ꝑterricrepo fragore factus eſſet, vt aiũt, attonit⁹, menteq; alienata, nam limphaticos, ſiľeſq; fu rẽtibus fieri ab hoc malo, Seneca locupletiſſimus teſtis affirmat, cœpit deſipere, cum diſpẽdio ſanitatis, qui morbus ſenſim gliſcens implicituſq; viſceribus, adeo hoiem dementauit, & in tantũ impulit furorẽ, vt die Paſchalis ſolẽnitatis ſacroſctõ cultro ſibi gulam ſeçare temptauerit, moxq; cõfeſtim ſeſe ex ſupiore ędiũ parte in inferiora p̃cipitauerit, ex quo p̃cipitio mors eſt ſecuta. Pauor itaq; egit hoiem in veſaniam, veſania in

apathia

cõuiuemus ad fulgetras

Obitus Fulci.

furorem, furor in mortem, niſi lubeat magis credere
id Biothanatę mortis genus, ex maleuola ſiderum ra
Biothanatus. diatione contigiſſe, nam ſi Mars & Sol diametra ſe
radiatione aſpexerint, in cõtrarijs cõſtituti locis, lon-
ga ſe inuicem radiorum poteſtate pulſauerint, iſta in
genitura cõiunctio hoĩes, vt docet Firmicus Mater-
nus, ex altis deiectos locis miſera laceratione pręcipi
tat. aut ex altis deiectis locis, graue neſcientibus peri
culum ſemper affertur.

h Aec ſunt quę ſuper terremotu, quẽ gręci
σεισμον vocant, exiſtimaui ſũmatim ma-
gis libãda eſſe in hoc libello, ꝙ latę expli
canda, quę tu Antiſtes clariſſime, qualia-
cunq; ſunt, boni cõſulas quęſo. Cæterũ cum inter
cætera dira infortunia, quę pręſagat ſignificatq; ter-
ręmotus, ſit maxime formidanda peſtilẽtia, quę plę-
rum ex ipſo terręmotu gigni tradit̃, non erit abſonũ,
pauca q̃dam annotare, ad hanc alteram luem ꝑtinen
tia, quę neq; inuulgata ſunt, neq; protrita, neq; auri-
bus animiſq; ſtudioſoꝝ iniucunda, vt opinor, futura
Tu modo Antiſtes optime, qua animi alacritate prio
ra perlegiſti, eadem quęſo perlegas poſteriora.

Peſtilẽtia. p Eſtilentia quam & peſtilitatem dicũt, quæ
græco vocabulo λοιμοσ appellat̃, quę non
ſolũ ciuitates exhaurit aſſiduis funeribus
verũetiam totas nationes, interneciuo ge-
nere morbi, populat̃ ac vaſtat. Vnde fiat
varię cauſę produnt̃. Namq; alij ex ira dei, alij ex in-
temperie cęli, quidam ex aere corrupto. alij ex aquis
vitiatis, nõnulli ex noxio terrę halitu, peſtilentiã exo
riri autumant. Religio ſicut terręmotũ &, alia id ge-
nus mala, mortalibus irrogata aſſignat irato numini

ita & peſtilentiã credit eſſe tęlum dei, quo ſontes inſonteſq; feriant, in libro Regum ſecũdo, euidens eſt exemplũ, quando ſcilicet ab ipſo opifice rerum ac vltramundano deo, data eſt optio triũ rerum exitialiũ Dauidi regi, eidemq; maximo Antiſtiti & vati, ſeptẽne annis famem mallet, charitatẽq; rei annonarię, an tribus mẽſibus hoſtilem perſecutionẽ, an tribus diebus peſtilentiã. Qui re ſecum perpenſa examinataq; elegit ex tribus malis peſtilentiã dicẽs, melius eſt vt incidã in manus domini, q̃ in manus hoĩm. Itaq; immiſit deus peſtilentiã triduanã in populũ iſraeliticũ, atq; in terram Iudeã late graſſantem, qua circiter. lxx milia viroꝝ triduo perierũt. mox propiciato deo, vis morbi reſtincta eſt, lueſq; cohibita. Excellẽtes philoſophi, & illuſtres medici, ex inclemẽtia cœli, hoc eſt ex nimietate caloris, aut frigoris, vel humoris, vel ſiccitatis, peſtilentiã gigni tradiderũt. Sicut enim bona valitudo corporũ, eſt q̃dam mędiocritas, vt Ariſtoteles, Galenuſq; notificant, ita om̃is exuberantia ac exceſſus cauſa morborũ eſt. Conſimiliter vbi moderatio eſt in calore & frigore, in humore & ſiccitate, vegetantur cuncta ſalubritate & cõualeſcunt. Vbi vero quippiã horum immodice ac intempanter exceſſit, tunc vis morboꝝ gliſcit, tunc peſtilentia fęda hoĩ fęda pecori bacchatur & ſeuit. Hinc eſt q̃ accolentes loca paluſtria & humecta, huic malo ſunt obnoxij. Itidem in locis ęſtuoſis degentes, ſubinde peſtilẽtiã patiunt̃, cuius etiam calore regelari ſolent in regionibus pręgelidis habitantes. Sed in primis calores immodici ſunt exitiales atq; peſtiferi. Vnde ſolem cognoiatũ Apollinẽ putant. ωσαπολλυντα ξωα Tanq̃ exanimantẽ animalia, etẽm exanimat ac perimit ani

optio facta Dauidi

Sanitas Mediocritas,

A apollo vnde

mãtes,cũ peſtem intempie caloris imittit.Hinc eſt ꝙ cũ arcu & ſagittis fingit̃ ſimulacꝝ Apollinis,vt ꝑ ſagittas radij ĩtelligant̃,quoꝝ iactu nõnunꝙ̃ peſtiferũ virus ĩmittit.hĩc doctrinaꝝ fons Homer⁹,nõ minus ſcite ꝙ̃ decẽter, inducit Apollinẽ tela in exercitũ græcorum emittentẽ,quibus nõ ſolũ hoĩes,ſed etiam pecora periere. Vnde Lindij Apollinem colũt cognoĩe λοιμιον hoc eſt peſtilentem, Vt ergo vapor ſolis ĩmodicus perimit animãtes,& ĩmittit peſtilentiã,ita ecõtrario tẽpatus eiuſdẽ calor,morborũ omniũ fuga eſt,& ſoſpitatem aĩantibus creditur prebere tempe-

Alexicacos. rie. Vnde Atheniẽſes Apollinem Alexicacon appellant,hoc eſt mala repellentem,quo cognomẽto Hercules quoꝗ a græcis nomiat̃,quaſi malorũ depulſor.

Quibuſdã placet aquas vitiatas,& fœtore corruptas,violare ſalubritatẽ,& parere peſtilentiam.Nam & aquaꝝ mutationẽ grauem eſſe docet maximus peripateticę ſectę conditor Ariſtoteles,& Lucretius teſtatur illo carmine.

Nonne vides etiam cœli nouitate & aquarum

Aq̃ cauſa peſtilentiæ. Tẽtari procul a patria quicũꝗ domoꝗ, Adueniũt

Scribit Victruuius, humores graues & peſtilentes, erumpere ex pontinis paludibus,& vt auctor eſt Seneca,aquę noxię & peſtilentes, in penetralibus terrę latent,nihil niſi peſtiferũ in ſe & corꝑibus noſtris cõtrariũ habentes,quæ poſt motũ terrarũ erumpentes, haurientes necant,ac peſtilentiam gignunt.

Peſtilẽtia ex exalatione q Vi ex euaporatiõe terræ noxia peſtilentiã fieri opinant̃, hi nouere ex terra ſemꝑ vapores emanare,de q̃bus plura meteorologi ꝓgenerari ꝓdiderunt. Et ꝑfecto palã eſt, terrã nõ eſſe ſine ſpiritu,quẽ infundit ſatis arbuſtiſꝗ, nõ aliã

de viuentibus, quo tot genera herbarꝫ fructicũq; fouent. Ne multa Platonici autumãt oĩs ſtellas, oẽe cœlũ, ipſumq; ſolem trahere alimentũ ex terreno, & inter ſe partiri, ſoloq; halitu terræ ſubſtẽtari, hoc eñ illis alimentũ, hæc eſca, hic paſtus eſt, quãuis Ariſtotelici reclament. non poſſet aũt terra nutrire tam multa tam magna, niſi multũ illi ſpũs alentis ſuppeteret, q iugiter exhalans vbi noxius eſt & peſtifer, peſtilẽtiæ cauſa eſt. Et ab Auicẽna dictũ eſt eleuari e terra aeris corruptionẽ. Silius q̃q; in deſcriptiõe peſtilentię, ſenſit vaporem terræ eſſe peſtiferum, illo verſu. Sidera paſci terreno halitu.

Atq; ater picea vapor expirabat in ethra.

Amian⁹ Marcellin⁹ in hãc ſnĩam ſic refert. aliq terrarꝫ halitu dẽſiore craſſatũ aera, opinãt necare nõnullos.

Mathematici peſtilentiam vt pleraq; alia, vi ſiderũ prouenire arbitrantur, maximeq; caniculæ, quorum ſententiæ teſtimonia poetica ſubſcribunt

c Eterũ & plurimis & maximis auctoribus placet, peſtilentiã fieri ex aere corrupto, q late vitiũ ſuũ ſpargit, q hauriẽtes necat animantes, nam cũ reciprocatio ſpũs ſit in nobis ꝑpetua & cõtinens, cũ ſine reſpiratõe eueſtigio extiguamur vbi aer quẽ ꝑhẽniter ducimus, peſtifer eſt ac pollutus neceſſe eſt vt ĩtra vitalia peſtilẽs q̃q; halitus incluſus, morbos afferat & mortẽ, Hinc exijt illud Maronianũ Peſtilẽtia exaere corrupto.

Corrupto cœli tractu miſerandaq; venit
Arboribuſq; ſatiſq; lues & peſtifer annus.

Conſimiliter Lucretius inquit.

Et cum ſpirantes mixtas hinc ducimus auras
Illa quoq; in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt
Conſimili ratione venit bubus quoq; ſæpe
Peſtilitas etiam pigris halatibus ægris.

Quinetiam Ouidius explicans peſtilentiam poeticã ſic ait. Ora patent aurecꝗ graues captantur hiatu. Ob hoc Auicenna, longe clariſſimus medicorꝫ, cenſet in peſtilentia reſpiratione anhelationemcꝗ eſſe minuendam, adhibendacꝗ odoromenta, qbus corruptior aer mitiget. Peſtilentiã etiam excitãt venti, quos aera fluentem eſſe diffiniunt, quos & terręmotus cauſam eſſe docuimus, maxime aũt Auſtri eam efficiunt, de q̃

Vẽti cã peſtilentię, Cor. Celſus ſic refert. Cum vero hæc in oĩ peſtilentia facienda ſint, tum in ea maxime quã Auſtri excitarint. Ouidius quocꝗ oſtendit peſtilentiam flatu Auſtrino exortam eſſe cum ait.

Lætiferis calidi ſpirarunt ęſtubus auſtri.

Ariſtotęles in problematis tradit, flãte auſtro corpora effici humida & calida, & ob id putredini maxi-

Auſter peſtiferus. me obnoxia, qui & fœdi halitus, cauſa eſt. Eodẽ auctore, homines grauiores inualidioreſcꝗ fiunt ſpirantibus auſtris. minuſcꝗ cibi appetentes, cum e diuerſo flantibus aquilonibus animantes magis eſuriant, ſintcꝗ corporis robuſtioris. idem oſtendit, quemadmodum auſtri humorem calidũ in corporibus ꝓgignunt, quippe qui natura calidi ſint & humidi, vnde & fębres exoriantur. Hippocrates quocꝗ in Aphoriſ-

Hippocrates decẽter mis, quid & a celſo tranſlatum eſt, Auſter inquit aures hebetat, ſenſus tardat, capitis dolores mouet, aluum ſoluit, totũ corpus efficit hebes humidũ languidum, Quin etiã Victruuius, vt id quocꝗ non p̃tereamus, narrat in Leſbo oppidũ Mythilenem fuiſſe, ma-

Victruuius gnificenter qdem ædificatũ & eleganter, ſed poſitũ non prudenter, in qua ciuitate cũ flabat auſter, hoĩes ægrotabant, cum corus, qui eſt ventus occidentalis, alio nomine dictus Argeſtes, tuſſiebãt. cum vero ſpi

rabat Aquilo,reſtituebant̃ in ſalubritatem.Quid nõ
ne et Plinius noſter,cui nihil omiſſuꝫ eſt,breuiter, vt  Plinius
omĩa Auſtri naturam vno verbo ſignificauit: ſic ſcri
bens in ſecũdo.Saluberrimus omniũ ventorũ Aqui
lo,noxius Auſter,minus eſurire eo ſpirante credunt̃  Aquilo
aniantes.Idem volumine duodeuigeſimo auctor eſt,  ſaluber
flante Auſtro,quem græci nothum vocãt, qui humi  rimus.
dus & æſtuoſus eſt Italię,fœtus fœmineos cõcipi,ſi
cut ediuerſo mares in vtero fieri, ſi flante Aquilone,
ineant coeantq́ animalia.Dixit qdem Plinius, quid
eueniret flantibus Auſtris & Aquilonibus, cur autẽ
id fieret,explanare ſuperſedit.Sed cauſa eſt euidens
& ab Alberto magno latiſſime explicata, q libro de
hiſtoria animalium decimo octauo refert,ideo flante  Auſter
Auſtro fęminas concipi,quia corpora humeſcũt,ca-  gignit
lorq́ ingenitus calore auſtrino reſoluitur, atq́ vires  fęmĩas.
fiunt imbecillę,ecõtrario ſpirantibus Aquilonibus,
merito maſculi fœtus in vtero formant̃,propterea ꝙ  Aquilo
cum ſint frigidi, obturant atq́ obſtipant meatus cor  mares
poreos,ipſumq́ corpus ſpiſſant,expeditiuſq́ reddũt
atq́ robuſtius, quo incluſus intrinſecus calor natu-
ralis vegetat̃, fitq́ genitura melius digeſta, magiſq́
idonea ad mariũ generationẽ.Quinetiam proditum
eſt a philoſophis, oriente canicula Auſtros moueri,
quibus aer ſolet cõmutari.Nemo autẽ dubitat ſidus  Sirius ĩ
caniculę,in cuius ore eſt Sirius,eſſe peſtiferum & no  ore cani
xium,ac perſæpe facere peſtilentiã, quod & nobilis  culæ,
poeta inſinuat illis verſibus.

Ille ſitim morboſq́ ferens mortalibus ægris
Naſcitur,& leuo contriſtat lumine cœlum.

Inter cauſas peſtilentię eſt cęnoſa colluuies, fœto
rumq́ graueolentia, quod & iuriſcõſulti euidenter

oſtendũt ſic ſcribentes, nam & cœlũ peſtilens & rui-
nas minant̃ immũdiciæ cloacarũ, & is riuus ex eodẽ
corrupti aeris fonte ꝓfluit ac manat, cũ odorẽ non ali
ud q̃ infectũ aera eſſe ꝓdiderint ſcriptores longe cla
riſſimi. Huius autẽ luis tam dirę tã q̃ exitialis, ſpẽs
plures memorant̃. Prima pãdemos appellat̃. Secũda
epidemos. Tertia loemodes, volatica velocitate lętabilis. Duę ſunt dictiones græcorũ λοιμοσ και λιμοσ.
Inter q̃s maxima eſt cognatio atq; affinitas ĩpa in ſcri
ptione ac ꝓnuntiatione, maximũ vero diſſidiũ in ĩpo
ſignificatu, ſiquidẽ λιμοσ ſignificat famem, λοιμοσ.
vero peſtilentiã. hinc olim altercatio nata apud Athe
nienſes ſup illo oraculi verſu,

Pandemos. Epidemos Loemodes.

λιμοσ. λοιμοσ.

Doriacum veniet limo comitante duellum.

Ambigebat̃ eñ vtrũ λοιμοσ id eſt peſtilentia ſignifi-
caretur an λιμοσ id eſt fames. Q d' cũ ſit Amphibolõ
atq; flexiloquũ, id hoĩes oraculũ retorquebant ad eũ
intellectũ, qui videbat̃ ad ea quæ ad p̃ſens patiebant̃
eſſe accõmodatus. Illud vtiq; dignũ annotatu, nec in
dignum cognitu eſt, plæroſq; ex cohorte illa poetarũ
nobiliũ, ꝓpe peculiariter operam impendiſſe peſtilẽ-
tiæ numeris poeticis ꝑſcribendę, tanq̃ id argumentũ
ſit ſpectatiſſimũ, in quo ingenij vires, neruoſq; pro vi
rili quiſq; pte cõtenderent. Namq; vt prætercam Ho
merum & græcos poetas, nõne Mantuanus Home-
rus in tertio Georgicon, peſtilẽtiam elegantiſſime ex
plicauit? quẽ emulatus opinor Silius italicus, & ipſe
in. xiiij. Punicorũ eam peſtilentiam graphice perſcri-
pſit, quæ tempe ſecũdi Punici belli, in Sicilia Roma
nos ac Pœnos iuxta vexauit afflixitq;, quã ait a cani
bus cępiſſe, ſic enim inquit. Vim primi ſenſere canes

Peſtilẽtia poetarum. materia

Peſtilẽtia a canibus

q Va in re ſecutus eſt Homer⁹ ſic ſcribentẽ in prima Iliados Rhapſodia. ουρηασ μεν. πρωτον εποχετο και κυνασ αργουσ

Pelignus quoq; vates, in. vij, Methamorphoſeos, luẽ id genus peſtiferã enarrat tam copioſe, tam decenter, tam ingenioſe, ac tanta cũ perſpicuitate, vt ante oculos poſita, totius rei imago quodãmodo eſſe videat̃. Necnõ Lucanus in quinto Pharſaliæ ſũmatim, ac velut aliud agens, atq; in tranſcurſu id genus deſcriptionis libauit. Quin etiam Seneca in Tragedia quę inſcribit̃ Oedipus, funeſtam peſtem ſtilo Tragico exequutus eſt, in qua terram tumulis defuiſſe miſerãter dolenterq; conquerit̃. Verũ inter oms̃ Lucretius, diuino quodã furore inſtinctus, libros de rerũ natura lucul̃etos, hac veluti appẽdice cõcluſit, nouiſſimaq; expolitiõe ꝑpoliuit. Peſtilentiã rem haud dubie infęlicem ſumma cum fœlicitate deſcribens. quæ in bello Peloponeſiaco Atheniẽſiũ ciuitatẽ interneciuo genere morbi eſt depopulata, vaſtauitq; vias, exhauſit ciuibus vrbem, ſuper qua nõ pigebit prolyxius paulo ſermocinari, quando maxime ea illuſtrata eſt præconio Thucydidis, quem græcum Saluſtium non inſcite nuncupaueris. Siquidem is miſeranter, lachrymoſe, inſigniter, multaq; cum luce eam vaſtitatẽ explicauit, cui vtiq; credi conuenit, vtpote hiſtorica fide rem ſui temporis ſcribenti, quam & ipſe paſſus eſt & alios patientes intuitus.

Peſtilẽtia a Lucretio deſcp̃ta Thucydes

c Vm obſeruatum ſit fere peſtilentiam, vt auctor eſt Plinius, a meridianis ꝑtibus ꝓſerpere, peſtilitas hæc & tanti mali clades veniens ex Aethiopia, mox in Aegyptũ Lybiamq; deſcendens, tandem Atticam inuaſit

Deſcriptio peſtilẽtiæ.

incubuitq; ciuitati Athenarũ tã atrociter, tantaq; violentia, vt nuſq̃ tantũ funeꝝ exiſteret, & cum ſępe vehemẽtior vis morbi q̃ medicina ſit, tunc medici oẽs atq; medicamenta morbo graſſanti ſuccubuere. ĩmo plurimi medentiũ extinguebant. Curatio oĩs, irrita/vota in caſſum ſuſcepta, p̄cationes auribus deorũ ſurdis, fruſtra ingerebant. primũ omniũ capita feruore incenſa/oculi ſuffuſſione rubentes/lingua manãs cruore/aures tinitu ſonore/vultus toruus/crebra ſuſpiria/eaq; cum graueolentia, dein ſternutatio raucitaſq; exiſtebat/ Mox tuſſis anhela, pectus atq; p̄cordia cõcutiebat/ſingultus quoq; in qbuſdam cito deſinens, q̃ſdam diutius torquẽs. Corpora forinſecus ſubrubicũda vlceribuſq; fœdata/intrinſecus ita exęſtuabant, vt velamẽta vel tenuiſſima tolerare nõ poſſent. iucũdiſſimũ erat in gelidã aquã ſeipos nudatos ĩmergere, multi æſtus impatientes & ſitis, in puteos

Vigilie ĩter morbos

ſemet præcipitarunt. Ad hæc accedebant inquietæ, cõtinenteſq; vigiliæ/quas Plinius noſter, inter mala vniuerſi corporis pleriſq; eſſe autumat. Dira hæc lues intra ſeptimũ aut nonũ diem homines cõficiebat & ardore vrente vitalia populabat/ nõnulli in genitalibus, extremiſq; manibus ac pedibus, vim morbi prorumpentẽ cruciabiliter ſenſere. Itaq; quidam cũ membroꝝ illorũ iactura atq; diſpendio liberati/quidam etiã amiſſis oculis, in miſero cęcitatis exitio ſuperſtites vixere. Illud cum primis mirabile nec minꝰ

obliuio ex vi peſtilẽtię.

miſerabile/qđ quoſdã ex huiuſce teterimę peſtilitatis violentia, cœpit obliuio rerum omniũ, quidã obliti ſunt neceſſarios/ & quod acerbius eſt ſeipos. Qđ & Lucretius, qui ex racemis Thucydidis vindemiã ſibi facit, & ex illius filis tęlam texit/ elegantiſſimæ

demonſtrat, cum ait
Atq; etiam quoſdam cępere obliuia rerum,
Cunctarum, neq; ſe poſſent cognoſcere vt ipſi.
Galenus quoq; in libro de accidenti & morbo, huiuſce rei cõmeminit his verbis. Thucydides in quodam libro dixit, ꝙ ex peſtilentia pluribus hominibus tanta fuit obliuio, vt cognatos & amicos traderent obliuioni, & etiam ſemetipſos. Item in libro de virtutibus naturalibus ſic refert. Thucydides ait multis cõtegiſſe in peſtilentia, vt cognatos & ſemetipſos ignorarent Huic tam diro malo nullum ſalutare remediũ excogitari poterat, nam qđ vni profuerat hoc alijs erat exitio. Cateruatim dabant ſtragem, paſſimq; iacebãt cadauera hominũ inſepulta, quę neq; alites, neq; beſtię attingerent. quod ſiquæ guſtarent ilico periere. Illud imprimis magnopere miſerandum, atq; erumnabile in tanta clade cõſpectum eſt, quod vbi quiſq; ſe morbo videbat implicitũ, conſcius lãguoris, protinꝰ ſalutem deſperabat, & deficiens animo, mæſto cum corde iacebat. Peſtilẽtia, auctore Ariſtotele, pręcipue inuadit eos qui ad peſtilentes homines propius acceſſerint, & contagia morbi ſerpunt in proximos, & maxime in eos, qui Cacexia, id eſt malo corporis habitu ſint, fit autem, vt morbo cubantis veluti quodam fomite ſuccẽdẽte, vitium illud protinus exultet, atq; in alijs concipiatur. Hinc Liuius li. hiſto. xxv. ſic enarrat Poſtea curatio ipſa & contractus ægrorum vulgabat morbos, vt aut neglecti deſertiq; qui incidiſſent morerentur, aut aſſidẽtes curanteſq;, eadem vis morbi repletos ſecum traheret. quotidianaq; funera & mors ob omniũ oculos eſſet, & vndiq; dies nocteſq; ploratus audirentur. Hoc idem in hoc diro exitio græcoꝝ

Galenꝰ

cõtagio peſtilẽtiæ.

cacexia

Liuius.

cõtigit, vt inſtar ouium morerent̃, contagione inuulgati morbi ac tabe, dum officij cauſa, aſſident miniſtrantq; languentibus, atq; ita ex alijs alios auidi contagia morbi occupare non ceſſabant, & funera funeribus cumulabant̃. ſicut em̃ gãgrena ſerpit in corpe ita cõtagio ſerpebat in ciuitate. Obſeruatũ ẽ illud, neminem fere bis eodem genere morbi correptũ, itaq; qui ſemel impliciti peſtilitate euaſerant, hij p̃cipue laborantes moriẽteſq; miſerabant̃ de ſe ip̃is ſecuri, ſpẽ in poſterũ p̃ſumentes, tanq; alio morbo abſumi non poſſent, vnde beati ob hoc ip̃um cenſebant̃. Templa deorũ cadaueribus referta viſebant̃, m̃lti aliorum rogos occupãtes, in his mortuos ſuos collocabant, qd̃ luculenter exequitur Lucretius ſcribens.

Peſtilẽtia vt cã cer.

Omnia deniq; ſancta deorum delubra replerat
Corporibus mors exanimis, conſtrataq; paſſim
Cuncta cadaueribus celeſtum templa manebant.
Namq; ſuos cõſanguineos aliena rogorum
Inſuper extructa ingenti clamore locabant.

Hæc eſt illa peſtilentia, quę athenienſiũ vires vehementer attriuit, flore iuuentutis extincto, propter quã populus Athenienſis factus eſt infeſtior Pericli Olympio, eiq; tam atrocẽ calamitatẽ referebat acceptam, tanq; ip̃e auctor fuiſſet vt ex agris om̃s in vrbẽ cõmigrarẽt, & ex ea colluuione vis morbi cõflata gliſcere cępiſſet, qd̃ & Plutarchus mẽorat. Inter cauſas peſtilentię, vt cõperior, eſt penuria alimentorũ victuſq; mutatio, qd̃ Cæſar dictator in cõmentarijs belli ciuilis euidenter oſtendit, ſcribens Maſſilienſes graui peſtilẽtia cõflictatos eſſe ex victus mutatiõe, nam cũ abducti eſſent ad ſũmã rei ãnonarię inopiã, in diutiã obſidiõe alebant̃ oẽs panico veteri ordeoq; corrupto

Periclii putata peſtilentia.

mutatõ victus cã peſtilentię.

C Eterũ cum plerıq; morbi ſint irremediabi les citraq; curationẽ, in hoc potiſſimũ gene re peſtilentia eſſe creditur, tanq̃ id ſit ma lum non ſolum mortiferũ, ſed etiam inſanabile, atta men cum in multis ſponte ceſſauerit, pluresq; cõuale ſcant, e re litteraria futurũ cẽſemus, tradere q̃dam re media. quę ſi non oĩbus, multis tamen poſſint eſſe ſalutaria, euincendi eñ ſunt, q̃uis peſtiferi morbi, & exquiſitis remedijs propulſandi. Quanq; differant ꝑ natura locorum genera medicinę, & aliud ſit opus in Italia, aliud in Gallia, aliud in Germania, Quamuis non eadem auxilia, oĩbus etiam in ſimilibus morbis queant opitulari, ꝓpter multiformes variaſq; corporũ cõſtitutiones, quas græci κρασεισ. noſtri recentiores medici complexiones appellant. Nõ eadem oĩbus opitulari. Craſis complexio.

Remedia

C Vm primis ſalutare remediũ eſt, frugalitas atq; ſobrietas. Plinius noſter inquit vtiliſſimam eſſe in cibis temperantiã. & Aeſclepiades inter cõmunia morboꝝ auxilia, ꝓfeſſus ẽ ſaluberrimã eſſe abſtinentiam, modo cibi alias vini. hæc autẽ remedia ſibi quiſq; preſtare poteſt. Oratius quoq; ſalutiferi medici vice ita proclamat. aeſclepiades. Frugalitas. Orati⁹

Aſpice nunc tenuis victus quæ quantaq; ſecum
Afferat, in primis valeas bene.

Ferunt Socratem tanta fuiſſe temperantia, vt omnia fere vitę ſuę tempora, valitudine inoffenſa vixerit qui in illius etiam peſtilentiæ vaſtitate, quã paulo ante memorauimus, dicit̃ tanta moderatione vſus eſſe, vt ab omni voluptatum labe cauerit, & ſalubritatem corporis retinuerit, vt nequaq; fuerit cõmuni omnium cladi obnoxius. Idem vtpote frugalitatis ſeruan

ſcitũ ſo/ tiſſimus, dicere ſolebat ſe bibere atq̃ eſſe vt viue/
craticę. ret, cum multi gulones & ventriculæ, quorum deus
frugali/ venter eſt, propterea viuere velint vt edant & bibant.
tatis. Marcus Tullius non minus ſalubriter q̃ decẽter, pro
gulões didit valitudinẽ bonã cõſeruari cõtinentia in oĩ vi/
ctu, & pretermittendis voluptatibus. Et ꝑfecto nihil
Ioãnes ſic ſenſuũ acumẽ operatur, vt auctor eſt Iohãnes chry
Chriſo/ ſoſtomus, nihil ſic ægritudinẽ fugat, ſicut moderata
ſtomus refectio. ſufficiẽtia quippe cum nutrimento, & ſoſpi/
tatem ſimul procreat & voluptatẽ, abundantia vero
morbũ facit, & moleſtias ingerit, & ægritudinem ge
Hieroñ nerat. Nõne & diuus Hieronymus non minus corpo
rum q̃ animoꝝ medicus ſalutaris, ꝑdidit morbos ſa
turitate nimia cõcitari: cuius pręconiũ illud in decre
tis Canonicis eſt inuulgatũ, quo dietę id eſt tenuiſſi/
mi victus & ſimplicis menſę celebrat̃ vtilitas. ſic em̃
inquit. Legimus quoſdã morbo articl'ari & podagrę
humoribus laborantes, ꝓſcriptione bonorũ, ad ſim/
Siplex plicem menſam & pauperes cibos redactos cõualuiſ
victus ſe. Plinius quoq̃ tradit ſimplicem cibum eſſe homi/
ſaluber ni vtiliſſimũ. Verum non ſatis eſt viuere frugaliter &
rimus parce, niſi etiam alimentis innocẽtioribus veſcamur
Caco/ abſtineamuſq̃ a cacochymis & cacochylis, ſic em̃ ci
chyma. baria mali ſucci noxijq̃ humoris appellitant, a q̃bus
Caco/ præcipue abſtinendũ eſſe, p̃cipit maximus medicorũ
chyla. Galenus. qui libro περι τροφων id eſt de alimentis ſe
cundo, cõſulens tempandum, a cibarijs cacochymis
docet, quẽadmodũ ea & ſi ſint cõcoctionis facilioris
tamen in venis noxiũ humorem collectum diu delite
ſcere, qui mox putreſcens erumpat in peſſima gene/
ra morborum. Idem in libro de fębribus, aſſerit in ho
minibus ſanis cauſas ægritudinum eſſe, vt vtar voca

bulo medicorum dietas malas. Idem in libro de caco chymia, tradit peſtilentiã proueniſſe ex alimentis cacochymis, ex quibus impetigo, & ſcabies, & lepra in corporibus ꝑſerpere cęperint, necnon vlcera multifaria foras ꝓruperint, vt ſunt herpete, carbunculi, phagedene, phlegmones aliaq; id genus pernitioſa. Vulgo ꝗq; dici ſolet & credi, ex rei frumẽtarię caritate peſtilentiam gigni, ꝓpterea ꝙ ęgeſtoſi & inopes alimẽtis frugum abſumptis, cibaria q̃dam obſcęna paſtu, atq; cacochyma, fame vrgente comeſſe cogũtur, herbiſq; & radicibus veſci, ex qbus noxij humores maliq; ſucci viſceribus ĩplciti, mox in omne genus morborum erumpunt, & imprimis peſtilentiam gignũt. Remediũ quoq; peſtilẽtię eſt ſoli cœliq; mutatio, qđ non ſolum hominibus, ſed & brutis aĩantibus mire auxiliatur. Columella ſcribens de pecoris ouili medicina, Mutãdę inquit ſunt regiones, quod in om̃ibus morbis ac peſtibus fieri debere cẽſemus. Idem inter remedia quę peſtilentię adhibenda eſſe pręſcribit, cũ primis monet mutandũ cœli ſtatum, & in plures partes diſtributo grege, longinquas regiones eſſe petendas, atq; ita ſegregandos a ſanis morbidos, ne qs interueniat qui contagione cæteros labefaciat, adeoq; efficax hoc remediũ exiſtimať, vt nõ ſolũ corporibus ægrotis medeať, ſed etiã animis languenribus ſuppetias p̄ſtet ſalutares. hinc in Decretis canonicis ſcriptũ eſt, Valet interdũ conuerſis ꝓ ſalute aĩę mutatio loci. Plerũq; em̃ dum mutať locus, mutať mẽtis affectus. — ex caco chymis peſtilentia.

INter remedia peſtilentię, mitigatoria eſt & religio, nam ſicut (vt ante docuimus) ex ira dei peſtilens lues oriri creditur, ita credibile eſt eandem propiciato deo poſſe ſedari. Hoc reme- — religio. medela

dio vſi ſunt veteres Romani, qui ingenti olim exorta peſtilentia, vrente vrbem atq; agros, Eſculapiũ ab Epidauro Romam accerſendum euocandumq; cenſuerũt, quaſi medicum deum, qui ſub ſpecie anguis in vrbem cõmigrans, aduentu ſuo tempeſtatem illã qua Romana ciuitas triennio continenti vexata fuerat, eueſtigio diſpulit, & vt inquit Ouidius, finem luctibus impoſuit, venitq; ſalutifer vrbi. Iidem cum ſępe graui peſtilentia conflictarent, nec vis morbi tabifici vllis humanis præſidijs leuaretur, conuertebant ad opem diuinã, atq; cęleſtis irę placamina, inter quę ludi maxime ſcęnici inſtituti dicũtur. Et profecto primigenij illi priſciq; Romani, religione atq; vna deorum cultura, omnes gentes nationeſq; ſuperarunt.

Hippocrates ille Archiatros, & vt verius dixerim medicorum deus, peſtilentiã ex Illyrico Peoniaq; ad grçcos venientem, hoc remedio cohibuit, atq; hac curatione ſedauit. nam iuſſit per totam ciuitatem accendi ignes floribus, coronamentiſq; odoratiſſimis fragrantes, vnguentiſq; ſuaueolentiã ſpirantibus perfuſos, vt ita purior, ſincerior, ſalubrior aer a ſpirantibus ſurſum ſubduceret. huiuſce rei meminit Galenus in libro de Theriace, vbi id quoq; cõmemorat, quod aer peſtifer ex reſpiratione hauſtus, eſt hoĩbus velut deleterion, hoc eſt venenum. Plinius quoq; tranſeunter hoc attigit, cuiꝰ v̓ba ex libro .xxxvi. ſubſcribere operęcium eſt, quę ſunt hæc. Eſt & ĩpis ignibus medica vis, peſtilentia quę ſolis obſcuratiõe contrahit, ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certũ eſt. Empedocles & Hippocrates id demõſtrauere diuerſis locis. Idem Hippocrates altera quoq; medela, ſeruauit multa oppida græcorũ a peſtilentia, obſtructis videlicet peſti-

Medicina Hippocratis

lentibus feneſtris, ianuiſq; permutatis, atq; immiſſo
nouis feneſtris Aquilone, quem ventorum ſaluberri
mum autumant, Græcia ob hoc meritũ tam p̄cellens
honores illos Hippocrati decreuit, q̃s Herculi olim
decreuerat. Conſimiliter Varro Terentius ille vnde-
cunq; doctiſſimus, cum ĩ inſula Corcyra omnes fere M. Var
domus repletę eſſent ægrotis ac funeribus obſtruẽs ro.
feneſtras hoſtiaq; permutãs, necnõ ſaluberrimũ ven
tum Aquilonẽ nouis patefactis feneſtris immittens,
familiam & comites ſuos om̃s reduxit incolumes.

ſ Cribit idem Plinius, folia lauri olfactu va
lere aduerſus peſtilentię contagia tantoq;
magis, ſi & vrantur. hinc olim Cõmodus
Romanus Imperator, cum ingens peſti-
lentia Italiam vniuerſam occupaſſet, inq; Romanam laureta
ciuitatem vehementius graſſaretur, Laurentum ſe- ꝯtra pe-
ceſſiſſe traditur, vbi laureta permulta viſebantur. Si- ſtilẽtiã.
quidem periti medicinę, aſſerebant plurimum polle- Exem-
re odores laurorum, amœnãq; opacitatem ad propul plũ cõ-
ſandam aeris cõtagionem. Plęriq; vnguentis ſuauiſ- modi.
ſimis nares opplebant, ſuffituq; & odoramentis aſſi- Imp.
due vtebantur, tanq̃ meatus ſenſuum illis odoribus
occupati, neq; admittant aera tabificum, & ſi admiſe
rint, tamen eum maiore quaſi vi longe exuperari, vt
auctor eſt Herodianus. huius peſtilentię mentio quo
q; fit a Galeno in libris de poteſtate ſimplicium phar
macorum. Apollonius ille Tyaneus Pithagori
cus philoſophus, quo nihil ſanctius, nihil venerabi-
lius, nihil diuinius æthnici crediderunt, quem mor-
tuis vitam reddidiſſe, & multa perinde ac deum mi-
racula fœciſſe cõmemorant, Epheſios olim peſtilen-
tia laborantes, hoc veluti alexipharmaco liberauit.

vocatis in contionem Epheſijs, oſtendit in theatro ſenem quendam ſentum, ſqualentemq́ ac pannoſum, iubēs vt lapidibus illum inſectarent, qui lapidare hominem tanto ſtudio cæperunt, vt breui tempuſculo, magno lapidum cumulo coopertus obrueret. Paulo mox lapides auferri iuſſit, vt quid iteremiſſent agnoſcerent. Quo vt pręceperat facto, ille quidem quem ſe ſaxis obruiſſe crediderant nuſq́ comparauit, canis autem pro hoīe cōſpectus eſt, vaſta atq́ enormi magnitudine, ſpumam ab ore euomens. Et hæc fuit expiatio qua Epheſios Apollonius expiauit, lueq́ tabifica liberauit. Creditum eſt ſenem illum fuiſſe cacodemonem peſtilentię cōciliatorem, vel potius ipm mōſtrum morbumq́ portentoſum.

canis ꝓ homie.

Hercules ille luſtrator orbis, domitorq́ ferarū, cui ob admiratione virtutis, diuinos honores græci decreuerunt, olim Heleos a peſtilentia liberauit, obſtruens obturanſq́ euaporationes, quæ e terra peſtiferę emanabāt, quem græcia Alexicacon cognomēto colit, quaſi opitulatorem ac malorum depulſorem.

Hercule alexicacos.

Democritus Abderites ille, Gelaſinus cognominatus, cui cuncta mortalium negocia ridenda eſſe videbantur, municipes ſuos Abderitas quondam a peſtilentia liberaſſe fertur, ſcientię medicamento, tanta eſt doctrinarū vis, tantaq́ occaſio. Conſimiliter Empedoclem Agrigentinū, qui ex concordia atq́ diſcordia dicebat cuncta cōſtare, Selenuncios Sicilię populos, peſtilētia piclitātes, exorta ex ꝓpinqui fluminis fętore ac graueolētia, liberaſſe tradūt, q aq̄s ſalubres in aq̄s illas fluuiales peſtilētes īmiſit infuditq́, ex eaq́ mixtura factū eſt, vt aquę vitioſę dulceſcerent, fierētq́ innocētiores, atq́ ita ſedata peſtilētia. Selenūcij

Democritus Gelaſinus.

Empedocles.

tanti beneficij memores, Empedocli perinde ac deo, diuinos honores decreuerunt, qui etiam demonſtrauit auxiliari peſtilentiæ, ignis quoq; ſuffitu, vt Pliniana auctoritate docuimus. Scribit diuus Auguſtinus vt id quoq; attingam, olim locuſtarum nubem ineſtimabilẽ in mare decidiſſe, quibus mortuis redditiſq; littoribus, atq; hinc aere corrupto, tantam exortã eſſe peſtilentiã, vt in Africa in ſolo regno Maſiniſſe octingenta milia hominũ perierint. Tunc Vticę ex triginta milibus virorũ, decem tm̃ homines ſuꝑſtites vixiſſe confirmat. Verum anteq̃ diſertatio iſta cludat̃, nefas eſſe arbitror, præterire remedia illa aduerſus peſtilentiam cõmunia, quæ a medicis, & in primis a Cor. Celſo cõmemorant̃. Oportet in peſtilentia perigrinari, geſtari, ambulare ſub dio ante æſtum leuiter, vitare fatigationẽ, crudelitatẽ, frigus, calorem, libidinem Item vitandũ eſt balneũ, ſudor, meridianus ſomnus. Tunc cibus ſemel die cõmodius aſſumitur, inſuꝑ etiam modicus ne cruditatem moueat. Autumat Plinius ſenes minime ſentire peſtilentiã, quod ꝗdem in vniuerſum, & vt dici ſolet platice, veridico oraculo dictum eſt, non vt ad amuſſim reuocet̃. Sicut cum dicimus millę naues iſſe ad Troiam, numerus millenariꝰ non fuit exactus, & centũ virale eſſe iudiciũ Romæ, ſic ergo loquutus eſt Plinius vt intelligi vellet id qđ crebro & magna ex parte fit, vt ſcilicet ſenes peſtilentia non infeſtentur, ſunt em̃ frigentis naturę, quę vix vi peſtiferi morbi calorifica atq; feruente regelari poteſt. Itidem Hippocrates dicit, id quod frequenter fieri ſolet, non id qđ rarenter accidit. Interdum em̃ contingit, vt ſenes quoq; peſtilentia moriant̃, ſicut contigit Furio Camillo, quẽ ſenio longo cõfectũ exactaq;

Senes nõ ſentire peſtilẽtiã.

ętate extinctũ eſſe peſtilẽtia Liuius Plutarchuſq; no-
tificant. Galenus alexipharmacũ aduerſus peſti-
lentiã efficaciſſimũ eſſe demõſtrat theriacẽ, quę iſtar
purgatorij ignis emundet eos & expurget, qui peſti-
lentię graſſantis temporibus, eius potione recreent̃,
muniantq; aduerſus violentiam peſtilentem, vt nul-
latenus ab hoc malo tentari queãt. Palladius vinũ ſa-
lutare contra peſtilentiam, qđ & ſtomacho ꝓſit, ſic fi-
eri iubet. In optimi muſti metreta vna, anteq̃ ferueat
abſinthij, tum ſi octo vncias lintheo inuolutas dimit-
tis, exactis quadragita diebus curabis auferre, id vi-
num lagenis condis & vteris.

Camillus mortuus peſtilẽtia.

Theriace.

vinũ cõtra peſtilentiã.

d E terręmotu & peſtilentia hactenus dictũ
ſit, nunc quoniã Galeni frequens mentio
facta eſt, non erit alienũ quędã ſubtexere
quæ partim mendoſa, partim obſcura in libris nobi-
liſſimi medicoꝝ depręhenſa corrigere & illuſtrare fu-
it operepreciũ, vt ita ſtudioſis tanti ſcriptoris, quo-
dam quaſi adminiculũ p̄beamus, ſitq; id velut huius
opuſculi auctariũ. Hæc aũt tanq̃ apud aures eruditio
res cõpendiaria interp̄tatione percurrã, nullo ſeruato
ordine, nec eñ hiſtoria ſcribit̃, ſed indigeſte & indi-
ſtincte annotamenta iſta cõdidimus, prout ex memo
rie promptuario, res quęq; deprompta ſeſe offerebat
Et ne moroſior ſit ꝓlogus q̃ ĩterp̄tatio hĩc ordiemur.

g Alenus in microtechni, bona inqt, Craſis
hoc eſt cõſtitutio, vt dicere didicim⁹ a ma-
ioribus noſtris, ſiue cõplexio corporis, vt
corrigimur a recentioribus medicis, ea eſt vt regula
Polycleti. Item in libro de optima compoſitione cor-
poris. Corpus inquit bene compoſitũ tale eſt, qualis
Polycleti regula exiſtere dicebat̃. Item in primo com

Craſis Cõplexio. Cõſtitutio.

plexionũ laudat regulam Polycleti, quãuis in codici-
bus impreſſis fere ſemper Polycretus legatur. Que-
ri ſolet a ſtudioſis quæ ſit iſta regula Polycleti, cuius
tam frequens mentio eſt apud Galenũ. medici recen
tiores non parum multi opinant̃ Polycletũ fuiſſe me
dicũ ſęculo priſco, qui quandã quaſi regulam legẽq́;
poſteritati tradiderit, ad quam perinde ac ſcopon & ſi
gnum, dirigenda eſſet complexio corporũ, ac vita vi-
ctuſq́; mortaliũ. Tale autem interp̃tamentũ q̃ ridicu
lum ſit & nugatoriũ, nemo non bene litteratus agno
ſcit. Sed omiſſa aliena inſectatione, quod ſemp̱ a mo
ribus meis & libellis longe abfuit, inſtitutũ propoſi-
tum candido ſtilo exequamur.

Regula polycleti.

Polycletus Sycionius inter ſtatuarios ſiue ſigni-
fices nobilitatus, fœcit ſtatuam æneam adeo abſolu
tam conſumatãq́; vt artifices id ſimulacrum canona
appellauerint, liniamenta artis ex eo petentes, velut
a lege quadam. Canon enim græc regula eſt, auctor
Plinius in triceſimo quarto, hinc Galenus ſcitiſſimæ
exigit dilaudatq́; complexionem ſiue conſtitutionẽ
corporis ex omni parte perfectã, ſicuti erat canon Po
lycleti, quo veluti archetypo & lege ac regula, vſi ſũt
poſteri artifices ſtatuarũ. Fuerat autem fidi interpre-
tis officium non aliter interpretari, q̃ vt græco voca-
bulo canon Polycleti diceret, qui dum voluit pro ca-
none Polycleti regulam dicere, diſceſſit a regula & le
ge bene interpretandi.

Signifex polycletus.

Canon polycleti.

In libro de ſequęla animæ ad corpus. In abditis
inquit, imprudentes multi, tales Athenis pauci. lo-
cum mendoſum ſic emenda. In Abderitis impru-
dentes multi, Namq́; Abderite populi ſunt Thra-
ciæ, ſtolidi & inſipientes ſeculo priſco iudicati. Qd'

Abderite pp̃li.

& Victruuius docet in ſeptimo, a quo dictum eſt vi-
deamus ne apaturij ſcæna efficiat, & nos Alabãdos
aut Abderitas, hoc eſt fatuos & inſipiẽtes, ac mentis
excordes. hinc epigrãmatiſta ſignificare volens bru
tum inſenſatũ, & neuo ſtoliditatis infectum, decen-
ter inquit, Abderitane pectora plebis habes. Quine-
tiam. M. Tullius quadã ad Atticũ epiſtola, taxans cõ
ſiliũ Pompeij tanq̃ inſipiens & inconſultũ, mordaci-
Abderi ter dixit. id eſt αβδηριτικον. veluti vox ꝓuerbialis ſit
con Abderiticõ pro fatuo ĩprouido & inſulſo. ad hæc cũ
Democritus ille magnus mirãduſq; philoſophus fue
rit Abderites, genituſq; ſit ſapientiſſimus in patria in
ſipientiũ, merito & ſcite dixit Satyrographus in ipſi-
us Democriti laudem, cuius prudẽtia mõſtrat Sum
mos poſſe viros, & magna exempla daturos Verue-
cum in patria craſſoq; ſub aere naſci. Nõ longe diſſi-
mile eſt illud Apuleianum ex apologetico, apud ſo-
cordiſſimos Scythas, Anacharſis ſapiens natus eſt,
Apud Athenienſes catos Melecides fatuus.

Sapiẽs In ſexto de interioribus ſic ſcriptũ eſt. Quendam
apud in vidi miniſtrũ regis, cuius officiũ erat Tyrum capere
ſipiẽtes quodã tempore morſum a Tyro fuiſſe, quez iuſſi tyri
acam accipere, qua ſumpta factus eſt boni coloris, q̃
mutatus fuerat in praſinũ. Item in tertio. animalia fri
gidiora per hyemem propter aeris frigiditatẽ, veluti
Error mortua permanent. ſimiliter Tyri qui ſi manibus ca
dublic⁹ ptantur minime mordẽt. Item in æſtate videmus Ty
de tyro ros, & maxime in canicłaribus diebus rabioſos. hoc
potiſſimũ in loco corrigendus eſt error publicus, opi
nantiũ Tyrum dici ſpecialiter animal quoddã, cuius
morſus ſunt venenati, a quo tyriaca quoq; nominata
ſit, quorũ opinionẽ refellere intereſt vitę, cum ad rem

